

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Libri historiarum quatuor [Rerum Romanarum epitoma] a [Joanne] Cuspiniano castigati cum ind

Florus, Lucius Annaeus

Vienne, 1511

Seditio tyberii gracci. Ti. XIII

[urn:nbn:de:bsz:31-270805](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-270805)

TERTIVS.

artem facit/sam/ ut speciosiora uitia tangamus. Nōne ambitus
honorū ab iisdē diuitiis icitatus? Atq̄ inde Mariana: inde Sylla
na potestas: Aut magnificus apparatus cōsulorū & sumptuo
sa largitio nōne ab opulentia: paritura mox egestatē: Hac Ca
tilinā patriæ suæ ipegit. Deniq̄ illa ipsa p̄cipatus & dominādū
cupido: unde nisi ex nimis opibus uenit? Atq̄ hic Cæsare atq̄
Pompeium furialibus in extum Reipublicæ facibus armauit.
Hos igit̄ Populi Romani omnis domesticos motus separatos
ab externis iustisq̄ bellis/ ex ordine prosequamur.

DE LEGIBVS GRACCANIS. TI. XIII.

Editionū oīum causam Tribunitia potestas excita
uit: quæ specie quidē plebis tuendæ cuius ī auxiliū
cōparata ē: Re autem dominationē sibi acquirens:
studiiū populi ac fauorē agrariis: frumentariis: iudi
cialis legib⁹ aucupatur. Inerat oībus spes æquitatis: qd̄ tam tu
stum. n: quā recipere plebē ius suum a patrib⁹. ne populus gen
tū uictor orbisq̄ possessor: extortis aris ac focis ageret. Quid tā
æquū: q̄ inopem populū uiuere ex arario suo: qd̄ ad ius liberta
tis æquādæ magis efficax! q̄ ut senatu regente puicias: ordinis
equestris auctoritas saltē iudicioꝝ regno niteret: sed hæc ipsa in
perniciē redibāt. & misera Respu. in extitū suū marceserat: & a
senatu ī equitē trāslata iudicioꝝ potestas uectigalia. i. impli pa
trimoniū supprimebat: & emptio frumētū/ ipsos Reipublicæ ner
uos exhauriebat arariū. reduci plebs ī agros unde poterat sine
possidentū euerfioe: q̄ sibi pars populi erat: & tamē relictas sibi
a maioribus sedes atate q̄si iure hæreditario possidebant.

SEDITIONE TYBERII GRACCI. TI. XIII.

Rimam certaminū facem Tyberius Graccus accē
dit/ genere/ forma: eloquentia facile p̄iceps: sed n̄c
sue Mancinlanæ deditiois: q̄ sponsor scæderis su
erat/ otaglū timēs: & īde popularis: siue a quo & bono ductus

LIBER

quia depulsam agris suis plebem miseratus est: ne Populus Romanus gentium victor: urbisque possessor: latibus ac focis suis exularet, & quacunq; mente rem ausus ingentem: Postquam rogationis dies aderat ingenti stipatus agmine rostra conscendit: nec deerat obuia manu tota inde nobilitas/ & tribuni in partibus/ sed ut intercederem legibus suis/ Cneium Octavianum uidet Graccus contra: collegii ius: potestatis iniecta manu depulit rostris, adeoque praesenti metu mortis exterruit: ut abdicare se magistratu cogeretur: Sic triumphator creatus diuidendis agris/ cum ad perpetranda cepta/ die comitorium prorogari sibi uellet imperium: obuia nobili manu eorum quos agris mouerat cedes a foro cepit. Inde cum in Capitolium profugisset: plebemque ad defensionem salutis suae manu caput tangens hortaretur: praebuit speciem regnum sibi & diadema poscentis: atque ita duce Scipione Nasica concitato in arma populo: quasi iure oppressus est,

SEDITIONO CAII GRACCHI, TI. XV.

Statim & mortis & legum fratris sui uindex: non minore impetu incaluit Caius Graccus/ qui cum pari tumultu atque terrore plebem in auitos agros arcesseret: & recentem Attali haereditatem in alimeta populo polliceret, iamque nimius & potens/ altero tribunatu secunda plebe uolitarer: abrogare auso legibus suis Minutio tribuno: fretus comitum manu: fatale familiae suae Capitolium inuasit. Inde proximo morte cede pulsus: cum se in Auentinum recepisset: inde quoque obuia senatus manu ab Opimio consule oppressus est. Insultatum quoque mortis reliquis/ & illud sacrosanctum caput tribuni plebis: percussoribus auro pensatum est,

SEDITIONO APVLEIANA, TI. XVI.